Zaporski Stawskiego Quietat. 779

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castren. Capitan. Præmislien. Generosus Simon Zaporski Thesaurarius Sanocen. sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen. recedendo Præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmislien. Jurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quo ad actum præsentem attinet totaliter et plenarie subijciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Damianum Stawski eiusque posteros de Scripto certo per ipsum sibi recognoscenti super summam Quadringentorum et Quinquaginta florenorum polonicalium dato manu eiusdem Generosi Stawski subscripto et Actis Terrestribus Præmislien. roborato Nec non de ipsa Inscriptione Roboratoria summaque in eadem recognitione Contenta Nec non de causa et actione Iudiciaria per se recognoscen. eidem Generoso Stawski ad officium præsens Castren. Præmislien. rationem non solutionis summæ suprascriptæ instituta et intentata Nec non de terminis perlucris vadiisque Duplicatis ac toto processu Iuris ac ipsa pœna Bannitionis eiusque publicatione ob plenariam sibi pro præmissis præstitam satisfactionem quietat emittit et liberum facit Scriptum præfatum cum eius inscriptione Roboratoria processum et pœnam bannitionis cum publicatione in toto cassat mortificat et annihilat Sibi et suis posteris ratione præmissorum perpetuum imponendo silentium.

P.P. Dominicani Præmislien. Stawskich Quietant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castren. Capitan. Præmislien. Religiosi Gregorius Badowicz Sacræ Theologiæ Lector Prior Conventus Religiosorum Patrum Ordinis Prædicatorum Præmislien. et Joannes Mikowicz Sacræ Theologiæ Lector eiusdem Conventus sani mentibus et corporibus existentes foro suo quovis proprio omisso Jurisdictioneque quavis sua competenti postposita Præsenti vero Castren. Capitaneali Præmislien. Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo